

185.

(X1973675)

26

BENE!

Ve  
348

4

THEMATUM  
Ex Jure Publico & Decisio-  
nibus quibusdam in Serenissimo  
præprimis Electoratu eique annexis Duca-  
tibus Saxonis pronuper promulgatis  
excerptorum

DECADES QVATUOR.

à  
quarum veritate  
fretus auxiliatrice DEI Gratiâ,  
SCIENTE

*Magnifico Jctorum Ordine in hac Salana*

PRÆSIDENTE  
VIRO

*Nobilissimo, Consultissimo atque Excellentissimo*

DN. GEORGIO-ADAMO Struben/

Hereditario in Uhlstädt / Jcto & Antecessore celebratissi-  
mo, Confiliario Saxonico, Curia Provincialis, Scabinatus & Fa-  
cultatis Juridicæ in Incluta hac Salana Adfessore splen-  
didissimo,

Dn. Præceptore ac Patrono suo debitâ observantiâ devenerando,  
*Publicè stabit*

Ad d. 28. Junii in Acroaterio Jctorum.

Hans Georg von Breitenbauch / Eques Osterlandus,  
A U T O R.

JENÆ, Literis JOHAN. NISII, Anno 1662.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)



VIRO

*Generoso, Fortissimo ac Maximè*

*Strenuo*

DN.

**JOHANN. GEORGIO**

*à Schleinitz/Equiti, Toparchæ in  
Cosпода &c.*

Serenissimo Electori Saxonix ab offi-  
ciis Camerae, nec non Serenissimo Duci in Aula  
Saxo-Numburgica Marschallo gravissimo, summo E-  
quitum servitiis militaribus destinatorum Praefecto be-  
nemerentissimo, Praefecturarumque Circuli Neosta-  
diensis, Weidæ, Arnshaug & Ziegenrück Capi-  
taneo itidem Maximo,

*Domino Patrono ac Mecœnati suo nun-  
quam non obsequiò observantiæve filiali  
colendo*

LENA, die 11. Junii, Anno 1711.



*Annos Nestoreos exoptatamq; prospe-*

*ritatem!*



Arce ribus haetenus me  
veluti mancipatum expe-  
ctatio tenuit illius diei, quo  
argumentū aliquod meæ  
in T. Fortissimam Gene-  
rositatem devotionis ac submissionis  
exserere possem; Illō jam affulgente,  
ex iis, non aliter ac si signum datum sit,  
pro filio. Excelsi dignitatis gradus, ad  
quam virtutes Heroicæ T. Generosita-  
tem evexerunt, quorumlibet officia &  
observantiam merentur; Quidnī me-  
am? Cum præprimis adfaventia, quā  
T. Generositas Patrem meum oculitus  
charum Familiamque nostram effusis-  
simè prosequitur, ac aliæ peculiare, cu-  
ram potissimum sororum mearum di-

A 2

lecta-

lectarum spectantes causæ, mihi, ut  
Eandem Parentis instar obsequiosè co-  
lam, calcar admoveant. Prius in ore,  
facilius flammam ferrem, quàm animò  
filialem hanc observantiam exuerem;  
Deorum hominumque reverentiam, si  
illius essem immemor, exspuisse vide-  
rer. Eccujus hinc alius nomine decades  
thematum horum tum ex publico tum  
Electoralis jure decerptorum, quàm  
Magnifico Tuo, præluceant? Ast, in-  
quiet T. Fortiss. Generositas, non ma-  
gnæ est dignitatis, quod offers! Fateor,  
non dignum esse Tanto Nomine; Suf-  
ficit mihi sincerum aliquod animi mei  
ad quamvis obedientiam promptissimi  
publicè extare pignus, licet debitæ mi-  
nus satisfaciam solutioni. Idem itaque,  
quod Aufonio Gratianus dicebat, mihi  
dicendum: solvo, quod debui & tamen  
debeo quod solvo; Perpetuus ita T.<sup>us</sup>

Gene-

Generositatis sum debitor ; Ast tantum  
Creditorem me habere , quoad vivam,  
ubi que divulgator ero. Hoc tantum  
jam exopto, ut T. Gener.<sup>ti</sup> primus hic  
informis ingenii mei partus arrideat, ei-  
que, donec elegantior in lucem prode-  
at, utroque faveat pollice ; Quem fa-  
vorem religiosè devenerabitur , illius  
perennitatem flagitabit, Numenque di-  
vinum, quò in T. Generos. ac Nobil. Fa-  
miliam omnes prosperitatis rivuli deri-  
ventur, animitus invocabit.

Jenæ ex Musæo meo die  
28. Jun. Anno à salut.  
nostrâ 1662.

*Gloria T. Fort. Generositatis  
astimator*

**Hans Georg von Breitenbauch /**  
Eques Osterlandus.

A 3

Dis-



Accessum ex hac Illustri Salana mihi  
meditanti aliquot decades postiq-  
num ex publico novoq; jure Ele-  
ctorali Saxonico delibatarum eru-  
ditorum examini ut prius subjiciam  
convenire vilum fuit; Quod ut benè cedat, ab  
ipso, in cujus manu ac potestate omnia versantur,  
auspico!

THESIS I.

Cum ex frequentioribus Regnorum, Ducatum  
ac Provinciarum divisionibus, subdivisionibus,  
subdivisionumque multiplicationibus sæpius fa-  
miliarum illustrium proruat interitus, regioni-  
bus plura obtrudantur onera, secumque illæ multiplica-  
torum Judiciorum & Aularum trahant institutionem,  
in diæti Provincialibus ac Comitibus non triplicatos sed  
quadruplicatos requirant sumtus, varias de terminis ac  
limitibus moveant controversias, justitiæ exercitio diffi-  
cultatem ac religioni facilè disparitatem afferant, omnes  
vires divitiasque sustentationibus prosapiarum illustri-  
um inservientes aliquando atterant, demumque familiis  
Principum ingerant obscuritatem, adeò, ut accedente  
temporū continuatione nec non prolis multiplicatione  
posteriq; audiantur Duces absque Ducatu, Mar-  
chiones absque Marchionatu, Principes absque Princi-  
patu, laudabiliter jus feudale & publicum non solum  
divi-

divisiones feudorum majorum, regalem dignitatem annexam habentium, qualia sunt Regna, Ducatus, Electoratus, Marchiæ & Comitatus, prohibuit, *cap. un. §. 1. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Sed etiam in quibusdam laudatis feudis jus primogenituræ, divino & humano jure fundatum, quod dignitatem feudi cum successione soli primogenito defert, est introductum; Quale in Ducatu Saxoniae, cui Electoralis adhæret dignitas, ut & in aliis Electoralibus secularibus, viget; *Aur. Bull. Car. IV. tit. 7. & tit. 24.* Quod Jus primogenitorum minus rectè ad alios Principatus vel Ducatus, si fortè primogenitus seu major natus id ex hac lege publica urgere velit, cum à prohibita feudi divisione jus primogenituræ non statim constituatur, extenditur. Illud quoque in Regnis Gallia, Hispania, Lusitania hodiè Portugallia nominata, Anglia, Sicilia & Ungaria obtinere testatur. *Tiraquel. tom. 1. præfat. de jur. primog. n. 4. seqq.* Imò in Scotia & Anglia adeò est coarctatum, ut primogenitus in omnibus non solum feudalibus sed etiam allodialibus bonis integram capiat hereditatem, cæteris autem fratribus, donec sese ipsos exhibere queant, alimenta tantùm suppeditentur; *Springsfeld. de Apanag. cap. 3. n. 151. Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 6. pag. m. 1207.*

## II.

Primogenituræ jus ubi locum habet, tunc ad amovendas omnes lites, quidam Maximam regum vel rationem status esse putant, occidere fratres. Quò impio axioma utebatur anno 1570. Sefhadinus, qui filios decem fratris Saladini, quò solus in Ægypto clavum regni tenere possit, mactavit. Attila quoque fratrem suum Budam

PFO.



propriis interemit manibus *Chron. Hungar. c. 17.* aliud  
 exemplum vide *lib. 2. Reg. cap. 10. v. 8.* Hanc Maximam  
 unicum fundamentum imperii Turcici esse, interque ar-  
 cana ibi numerari dicit *Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 5.  
 cap. 2.* Ast ipsa æquitas svadet, ut vel à Patre Rege aut  
 Principe adhuc vivente vel cō mortuō à primogenito  
 succedente filiis secundò & postgenitis, quò illi se suam-  
 que familiam illustrem pro amplitudine & dignitate sua  
 sustentare queant, assignatio alimonix fiat, quæ, uti no-  
 tum est, Gallico-latinè vocatur Apanagium. Hoc si i-  
psam rem consideres, est ex illis, quæ sapiunt antiquitatē,  
lib. 2. Paralip. cap. 21. v. 3. ubi Rex Judæorum Josaphat  
 Jorami, quod primogenitus erat, Regnum, cæteris verò  
 filiis quasdam minutas civitates, aurum & argentum tra-  
 didit: Quoad ipsam vocem, trahit apanagium suam ori-  
 ginem ex Gallico vocabulo apenner, quod notat ali-  
 menta sufficientia decernere, *versorgen / Unterhalt  
 verschaffen*/unde appennage, apannage, hujus alimo-  
 niæ dispositio, quæ fit à Rege Franciæ postgenitis filiis:  
 Germani vocant *Fürstlicher Unterhalt / Fürstlicher  
 Deputat*; qui filii pòst dicuntur appennez, appennagez,  
 Gallico-latinè, Apanagiati, *abgefundene / abgesonder-*  
*te / nicht regierende Herren.*

### III.

Secundò-genitis principum filiis regente vel patre  
 vel fratre natu majore nominatio dabatur *junge Herrn  
 Jundern*/quasi juniores vel novi domini, *Domnicel-  
 li, Dominiculi*; Dominans autē herus dicebatur *Herr.*  
*Calvin. Lexic. Jurid. verb. infans.* In Instrumentis A-  
 ctorum Homagialium Civitatis Brunsvicensis tom. 1. hi  
 repe-



reperiuntur tituli: *We Junckern / Fredrick / Bernd /  
Henrick und Otto / Bröder van der Grade Gottes /  
&c.* quod nomen *Juncker* non solum Comitum &  
Principū; sed etiam Regum filiis tributum est, *Christoph.  
Besold. thes. pr. lit. I.* ubi subscriptionem Regis cujusdam  
Daniæ filii Ottonis refert: *Juncker Otto von Denne-  
mark.* Canonici olim *Gottes Junckern* nominati  
sunt. *Nolden. de Nobil. cap. 1.* In Germania postgeniti prin-  
cipum filii hodiè suorum Majorū titulis, exceptō titulō  
Electoralī, quem primogenitus præcipuum habet, utun-  
tur, hic vivente patre, *der Chur-Prinz /* illi autem *die  
jungen Prinzen / junge Herren* audiunt. Nomen *Jun-  
ckern* jam proprium est factum nobilium, quod & aliis  
titulis majoribus olim competentibus accidit.

#### IV.

Jus primogenituræ primogenito, cum illud non ex  
provisione patris, sed legis beneficio aut consuetudine  
regni vel principatus promanet, totaque hereditas in  
principatibus sit legitima primogeniti, à parente per te-  
stamentum aut aliō modō, nisi consentiat, adimi & se-  
cundo vel tertio genito tribui nequit. *Andr. Tirag. de  
jure primog. q. 21. n. 3.* Quid si primogenitus filium ha-  
bens patris voluntatem approbet, aut ipse suum jus se-  
cundo genito fratri suo donet, an hoc casu filio locus  
conquerendi relinquatur? pro negativa facere videtur,  
quod filius à patre non id possit accipere, quod amplius  
non habet; ast cum nullus beneficio legis aut consuetu-  
dini in damnum tertii derogare queat, filium hunc pri-  
mogeniti sive ante sive post cessionem natum, etiam ad-  
huc vivente patre, jus secundo genito patruo suo tribu-

B

tum

tum apprehendere posse dicimus; si enim primogenitus nolit succedere, statim ille, cui lex sive consuetudo jus primogenituræ defert, hoc potitur, non aliter ac si primogenitus non esset in rerum natura, *laudatus Autor q. 26. n. 3. & 5.*

V.

Jus primogenituræ feudo indivisibili, imò allodialibus quoque bonis appropriat quoque præter alios legitimos modos, investitura ac voluntas imperatoris, quæ justâ & prægnanti, intervenientibus præprimis feudi regalis possessoris precibus, eorumve, quorum interest, consensu, fulcitur ratione, qualem adducit *Besold. part. 4. consil. 148. n. 48. & 43. verb.* In dem zu mehrer Hoheit und Aufnehmen eines hochansehnlichen Geschlechts/ allwege der Elteste den Fürstlichen Titul und Würde haben/ auch zu dessen bessern entretenement die anwesende Güter alleine besitzen sollte / und haben sich die postgeniti, ob sie gleich in etwas graviret werden möchten/ dennoch nicht zu beklagen/ weil dieses ihnen (angesehen sie sonst der gebühr nach abzufertigen) zu keinen verweislichen Nachtheil gereicher / sondern zu bessern avancement der ganzen Familiæ dienet/ welche Hoheit ein ieder des Geschlechts auch mit seiner eigenen privat incommodation billich befinden soll.

VI.

Postgenitis in apanagiam assignatur vel certa pecunia seu certi annui redditus, in quibus regulariter constitui solet, vel etiam provinciæ quædam; *Tiraq. q. 5. n. 2. q. 4. n. 48.* Hæc assignatio apanagii nititur vel certâ vel incertâ quantitate; illam exprimit lex principatus, in quo

quo jus primogenituræ floret, vel etiam quando quanti-  
tas apanagii ad exemplū quantitatis legitimæ redigitur,  
quam quis aliàs ab intestato acciperet, uti in Illustriss.  
Domo Hassiaca postgenitis quartam partem omnium  
bonorum esse assignatam refert. *Springsfeld. de apanag.  
cap. 8. n. 15.* Ad cujus legitimæ petitionem tamen, cum,  
ubi jus primogenitorum obtineat, illa non debeatur,  
postgeniti, si forte assignata apanagii quantitas nimis vi-  
lis videatur, confugere nequeunt. *Joh. Strauch. Jctus  
consummatissimus jam Proto Syndicus Brunsvicensis, Exer-  
cit. Exoter. 12. th. 17.* Certa quoque est apanagii quan-  
titas, si pater in suo testamento certos ordinaverit redditus  
annuatim ex domanio præstandos: Incertam quantita-  
tem vocamus, quæ primogeniti relinquitur arbitrio,  
quod tamen dignitatem postgenitorum conservandam,  
ne ex apanagii tenuitate varia incommoda & vilitas fa-  
milix illustris oriantur, spectare debet *Mod. Pistor. part. 3.  
q. 122. num. 35. Carolus von Hagen Jurisprud. publ. lib. 2.  
cap. 4. n. 7. A. B. Car. IV. c. 24. S. decernimus.*

## VII.

Principes, quando certis provinciis sunt apanagiati,  
in illis, cum apanagio proprietate dicto nullum jus terri-  
toriale seu superioritatis inhereat, collectas indicere non  
possunt; *laudatus Strauch. ibid.* quod in illustr. fraterna  
compositione lineæ Hassiacæ d. 1. Septembr. 1628. obser-  
vatum est, *Springsfeld. cap. 11. n. 57. de apanag. verb. Je-  
doch bleibt hierbey alles dasjenige / was zur Landes-  
Fürstl. Hoheit und Obriqkeit gehörig / Herrn Land-  
graff Wilhelms Fürstl. Gn. auf deren Herren Ge-  
brüdern assignirten Orten wie vorhin.* Nec Apana-  
giatis

giatis propriè ita dictis sessio & votum in Comitibus, cum non sint status Imperii, sed primogenito tantum competit: Quod tamen in improprio seu conventionali, ubi de portionibus illis postgeniti ab Imperatore sunt investiti, fallit & ibi quilibet ad Comitibus vocandus, *Bertramus tract. de Comitibus th. 41. Springsf. cap. 11. n. 123. de apanag.* Jus tamen territoriale postgeniti tunc habent, si vel concessio primogeniti, vel investitura Imperatoris aut consuetudo id svadeat & dictitet; vel etiam si pater testamento suo certas provincias principatui jure primogenituræ prædito minus incorporatas, vel etiam certos Episcopatus postgenitis cum omni jure territoriali in apanagium zu ihrer gänzlischen Abfindung/ assignet. *Springsf. alleg. loc.* Certis tamen annuis redditibus fratres regulariter contenti esse jubentur. Quem in finem collegia illa olim Ecclesiastica, in quæ non nisi illustres & nobiles recipiebantur & hohe Stifter/ vulgò vocantur, instituta & luculenter sunt dotata, ut familiæ illustres prole abundantes, liberos illis commodè committere queant, ne omnes incumbant paternæ hereditati, uti verba sunt Caroli von Hagen in Jurisprud. publ. Imperii Romano-Germanici lib. 2. cap. 4. n. 7.

VIII.

Ex lege Regni Gallicani, quando apanagiatus sine prole mascula ex hac vita decessit, ejus filia vel fratres aliique collaterales in apanagio non succedunt, sed id regno consolidatur, eam apud *Steph. Pasquier. lib. 2. cap. 16. antiquit. Gallic.* videre licet. Ex qua lege lis inter Philippum Pulcrum Regem Gallia & Carolum Regem Sicilia orta, sopita est. Cum enim Ludovico corona Fran-

Franciæ esset imposita, fratri suo Alphonso in apanagi-  
um assignabat Ducatum Pictaviensem & Arvernensem,  
alter frater Carolus erat Rex Siciliae; Alphonfus sine  
prole decebat, relicto fratre Carolo Rege Siciliae &  
Ludovici fratris Regis Galliae defuncti filio, Philippo  
Pulcro, tunc temporis Rege Galliae; Hic Philippus no-  
minatos Ducatus Pictaviensem & Arvernensem occu-  
pabat & regno consolidabat, Carolus autem Rex Siciliae  
ipsi litem movebat, sibi in his Ducatibus ut unô gradu  
proximiori jus successionis assignari; ast Rex regerit,  
quod lege coronæ hujusmodi Ducatus, qui de patrimo-  
nio & domanio regni sui essent, ad se reversi sint, siqui-  
dem Alphonfus, qui eos titulo apanagii possedisset, abs-  
que prole mascula obierit, neque possent fratres aut alii  
collaterales succedere. Carolus itaque causâ cecidit.

#### IX.

Duos infantes simul & uno impetu ex utero matris  
egredi posse, natura non permittit *l. Arcthusa. 15. ff. de  
stat. homin.* Sufficit hinc, ut aliquis primogenitus no-  
minetur, si vel ex momento temporis alterum ex eodem  
utero confestim prodeuntem præcedat, id quod declarat  
historia de Esau & Jacob. Esau prior exibat, cujus plan-  
tam pedis manu tenens nullâ morâ interpositâ sequeba-  
tur Jacob, secundum quod temporis punctum Esau jure  
primogenituræ uti potuisset, nisi id Jacobo pulmentô  
vendidisset; *Gen. 25.* Non tamen satis est, ut prior quis  
manum ex utero protulerit, nisi & totus nascatur, cujus  
testimonium præbet scriptura sacra de Thamare gemi-  
nos parente, ex qua Zerah prior manum exserebat, quam  
obstetrix illum priorem prorupturum esse existimans, si-



lò rubrò, ut dignosci ab altero possit, ligavit, hoc autem manum retrahente, Perez illum anteveniens prior natus, ideoque primogenitus habitus ac ei principatus tributus est *Genes. 38.*

X.

Legatis Regum exterorum & aliarum Rerump. ad amovendam omnem simultatem diffidentiaëque suspicionem, neve vi potius, quæ in mandatis habent, ab eo extorquere velle videantur, ad quem missi sunt, quàm expetere, in Aula Cæsarea vel Comitibus Imperialibus aliisque deputatorum Collegialibus conventibus magno armorum numero comparere non permittitur, *Capitul. moderni Imperatoris Leopoldi invictissimi art. 5. verb. Wenn wir denn auch zu Verhütung/xc.* Quin tamen legatos dictos, si præprimis prædones grassentur, ipsisve metuendum, ne omni supellectili & viaticò ad futuros magnos sumtus & dignitatem conservandam necessariò exuantur, comites ac affectæ equites vel pedites armis cincti stipare possint, dubii est experts.

XI.

Imperatorem posse investituram etiam de majoribus feudis in casum mortis absque suffragio Electorum aliorumque procerum imperii conferre dicit *Berlich. concl. pract. p. 2. concl. 54. n. 9.* Ast contrarium ex generalitate rationis *Capitul. Car. V. art. 24. Wenn auch Lehn dem Reiche und uns etc & art. 9. & aliis Capitulationibus sequentibus est perspiciendum. Clarius jam ex capit. Ferdin. IV. art. 30. verb. wenn auch Lehn dem Reich und uns etc. die sollen und wollen wir ohne vorwissen der 7. Churfürsten ferner niemand leihen auch nie*

niemand einige expectanz oder Anwartsung darauff  
geben. & art. 30. capit. moderni Imperatoris verb. seind  
alle ohne der Churfürsten gegebene Expectanzen null  
und nichtig.

XII.

Rex vel princeps in alterius regis vel principis terri-  
torio delinquens, ibi, cum respectu delicti commissi  
privatis annumeretur personis, nec alteri amplius sit æ-  
qualis, pœnæ subjici potest; Uti Elisabetha Regina An-  
gliæ, Mariam Reginam Scotiæ, cum hæc ipsius vitæ in-  
sidias struxerit, illam veneno tollere & de throno deji-  
cere animum induxerit, rebellionem excitaverit, regi-  
onemque cum religione in periculum deduxerit, decol-  
latione. d. 18. Febr. 1587. puniebat, *Meteran. lib. 13. hi-  
stor. p. m. 465.* Aliud verò obtinet, si Rex in suo pro-  
prio regno delinquat: Hinc Carolum I. Britannia re-  
gem subditis Anglis morti addicere minimè licuisse,  
*Autor, Salmasius puta, libri, cujus nomen defensio regia  
pro Car. I. latè deducit, in cujus proœmio hæc reperitur  
querela: Fatendum est, ex quo regium in orbe nomen  
gubernandis populis natum notumque fuit ad hæc usq;  
tempora, nullum simile factum vidisse nec audivisse.*

XIII.

Ambo Parlamenta Anglicana tempore mortis illi-  
us ignominiosæ, quam tota adhuc luget Europa, ad de-  
collationem excusandam, uti ex scriptis variis videre est,  
probare conabantur, quod tempore pacis cum Rege  
communem haberent potestatem, sibiq; licere Regem  
leges fundamentales regni transilientem, adversus po-  
pulum tyrannidem exercentem, juramentum præstitum

vio-

violantem, bella minus necessaria sine præscitu Consilii Anglici moventem, regnum in devastationem detru- dentem, sanguinem subditorum innumerorum pro- fundentem, temere religionem contemptui habentem, papicolis conniventem, potestatem Parlamenti minu- entem vel auferentem, in plenamve potestatem regis commutantem, qualem in omnibus sese gesserit lauda- tus Rex, ferrô & igni, quô regnum, ut hereditatem Parla- menti ab interitu vindicent prosecui: Ast hoc nullibi apud ipsos Anglos fuisse fundatum, sed potius fig- mentum ex falso præsupposita Majestate Reali, uti *fami- gigeratissimus Histor. P. P. Joh. Andr. Bosius in part. ge- neral. Notitiæ orbis hodierni cap. 2. §. 7. & 11. lib. 1. opuscu- lo nunquam satis laudando, ast nondum edito*, affirmat, de- sumtum fuisse, ex eo præter alia colligendum est, quod multos, ut membra Parlamenti conscientia minus tran- quilla postea ex Parlamento abire jusserit.

#### XIV.

Principem tempore necessitatis, belli præprimis sævientis, cives vel subditos ad pecuniam sibi mutuo dandam, ut exercitus, milites & præsidia alat, aliaque ad bellum necessaria comparet, cogere posse, eos autem hoc casu moderatas & usitatas usuras meritò recipere de- bere statuitur. *Fern. Vasq. controu. illustr. lib. 1. cap. 6. n. 7. 8.*

#### XV.

Quantumvis exstructio fortalitorum sit de regali- bus vel juribus majestatis *Reink. de Reg. sec. lib. 1. clas. 5. cap. 6. n. 19.* statibus tamen imperii singulis fortalitia et- iam sine autoritate imperatoris erigere, arcesve ac civi- tates



tates munire est permiffum, modò causam illi extructi-  
oni det defenfio, non autem amulatio aut moleftia al-  
teri creanda, nec adverfetur privilegiis ftatus alicujus  
imperii ab imperatore huic concessis, *Balthasar. differt.  
de oper. fubditor. cap. 8.* quale privilegium Carolus IV.  
Spitæ, ne intra tria milliaria, Norinbergæ, ne intra u-  
num milliare in circuitu munimentum, civitas vel op-  
pidum exædificetur impertitus est. *Verùm Pacificatio-  
ne Osnabrugensi, noviff. Recessu Imperii de anno 1654. con-  
firmatâ art. 8.* hodiè aliter conventum est, quod sc. nemi-  
ni ftatum intra suas ditiones nova munimenta extrue-  
re & vetera præfidiis firmare posthæc, nisi adhibeatur co-  
mitiale liberumque omnium Imperii ftatum suffragi-  
um, concedatur.

#### XVI.

Constat neminem Principum in Gallia excepto  
Regis primogenito vel Delphino illove, qui Episcopalis  
est ordinis, nisi velit reus criminis læsæ majestatis fieri, ti-  
tulo, Dei Gratia, *Wir von Gottes Gnaden* / uti debe-  
re: Nostri verò Imperii Principes liberò cum titulum u-  
surpant, *Lymn. ad Capitul. Carol. V. verb. Römischer Rô-  
nig n. 44:* Qui monetæ quoque cudendæ habent facul-  
tatem in auro & argento; ast in Gallia hoc jus à solo ex-  
ercetur Rege. *ibid. n. 45. seq.*

#### XVII.

Feudi dominum ab hostibus captum Vasallos suâ  
pecuniâ redimere teneri, eò casu communiter, si ex bo-  
nis captivi lytrum commodè capi nequeat, affirmatur,  
*Magnif. Dn. Præf. Syntagm. Jur. Feud. cap. 11. aph. 5. n.  
14.* Sed anne tunc, si dominus inutiliter vel parum con-

C

sultè

sultè bellum fuerit aggressus, à Vasallis ab hostibus redi-  
mendus? Hoc ferè negandum videtur *Vasquio cap. 7. con-  
trou. illustr. n. 6.*

XIIX.

In Imperatore seu Rege Romanorum ratione ju-  
diciis competentis duplex residet respectus; vel enim  
conuenitur ut Imperator, & tunc illius iudex competens  
est Elector Palatinus Sacri Rom. Imperii Archidapifer &  
quidem in Curia Imperiali; *text. Aur. Bull. tit. 5. fin.*  
Vor einen Pfalzgrafen bey Rhein/rc. Jedoch sol der  
Pfalzgrafe dasselbe sonst nirgends haben noch sit-  
zen/denn an einen Keyserl. Hoffe/rc. vel ut Archidux  
Austriae aut alius Princeps aut Comes Imperii, idem  
tunc jus, quod aliis nullâ superioritatis Imperialis ratio-  
ne habitâ, in sortiendo foro ei competit; Hinc Caro-  
lum V. Imperatorem aliquando tanquam Archiducem  
Austriae coram Camera conventum fuisse & sibi ipsi  
mandata hunc in modum dedisse legimus: Wir Carol  
der Fünffte von Gottes Gnaden / erwählter Römi-  
scher Keyser/rc. Entbieten dir Caroln/ Erz- Herzo-  
gen von Oesterreich/rc.

XIX.

Imperatorem Ottonem III. legem, quòd nullus  
alius ab Electoribus Sacri Rom. Imp. ad Imperatoriam  
dignitatem euehi debeat, nisi sit ex germano sanguine  
prognatus, tulisse, testantur Historici, Henricus Mutius,  
Sabinus, Melch. Goldast. in denen Reichs-Handlungē.  
aliiq; plures. Apud *Sleidan. lib. 1. de stat. relig.* Elector  
Moguntinus, iurium Romani Imperii citra dubitatio-  
nis aleam scientissimus, Electori Trevirensi, summam  
rerum Germanicarum Regi Galliarum Francisco I. con-  
cre.

credere volenti, ita respondit: Ad Gallum quod attinet, arbitror nos legibus, & jurejurando impediri, quibus expressum, ne decus imperatorium ad externos transferatur. In eodem suffragio addidit, quod talis Imperator debeat eligi, qui sit heres alicujus ditionis Imperio nostro parentis. De hac re itaque constitutionem, licet nos non viderimus, extare, nisi auctoritatem laudati Electoris imminuere & historicam fidem elevare velimus, agnoscendum est, *Consummatissimus Jctus Joh. Strauch jam Proto-Synd. Brunsvicensis Exercit. Exoter. 4. §. 4.*

## XX.

Licet quis extra Germaniam sit natus, si tamen patrem vel avum habuerit germanum, inter Germanos quodammodo relatus. Exemplum nobis præbet Ferdinandus I. in Hispania in hanc lucem editus, cujus pater erat Philippus, Hispaniæ Rex, avus verò paternus Maximilianus I. Imperator Germanus. Aliud exemplum notare licet in Friderico II. Imperatore, qui in Sicilia natus ad imperium Germanicum, cum patrem habuerit Henricum VI. Imperatorem natione Germanum, est admotus.

## XXI.

Ut sponso sponsæ suæ defunctæ filiam vel matrem in uxorem ducere liceat, Princeps ab illo veniam petente imploratus dispensare potest; Siquidem hoc casu nondum vera affinitas vel verus paternus respectus, qui matrimonium impedire possit, subest, ut quæ affinitas vel respectus non per desponsationem solum, sed demum sanguinis commixtionem oritur: nec ulla obstat divina prohibitio. *Magnif. Dn. Christoph. Phil. Richterius, Ordinarius*

narius hujus Acad. gravissimus, Patronus meus honorandus,  
decis. 11. n. 16. ubi pronunciatum hujus Jenensis Scabi-  
natus affert. Pro ratione tamen circumstantiarum &  
personarum ejusmodi sponso juramentum injungi pot-  
est, quò se purget, quòd cum demortua sponsa se non  
carnaliter commiscuerit, daß er seiner vorigen Braut  
nie schuldig worden / *Carpzov. lib. 2. Jurisprud. Consistor.  
tit. 7. def. 192.*

## XXII.

Quantumvis foemina viro obrato nubens ob con-  
jecturatum scientiam, levitatem & apparentem morum  
maritalium approbationem, nullò censeatur digna pri-  
vilegiò & jure sexus foeminini causâ constitutò; illa ta-  
men in Sereniss. Electoratu Saxonico huicque annexis  
Principatibus, cum tempore contracti matrimonii ma-  
gis personam quam bona, opulentiam aut inopiam re-  
spexerit, jure gaudet prioritatis. Nec ulla in mulierem  
hanc cadit præsumptio, quòd scienter viro obruto ære a-  
lienò nubens privilegiis foemineis renunciare voluerit,  
quod sine expressa declaratione fieri nequit; *Decis. Elect.  
nov. 6.* Si tamen quis creditorum dolum contra eam  
probaverit, eò ipsò dicto privilegio fit indigna. *ibid. fin.*

## XXIII.

De jure communi existente creditorum concursu  
non solum in sorte principali, sed etiam in usuris licitis  
locum invenit regula vulgata: Qui prior tempore, po-  
tior quoque est jure & unà cum sorte creditoribus justo  
ordine positis usuræ adjudicandæ sunt *l. 9. §. ult. ff. de  
pact. l. 18. ff. qui potior. in pign.* In Terris autem Saxoni-  
cis nemini usuræ priusquam creditoribus etiam chiro-

gra-

graphariis omnibus ratione sortis satisfactum fuerit, ad-  
judicantur, *Ord. Torg. anno 1583. tit. von Wucher und  
wucherlichen Contract.* ne sc. priores creditores lucrum  
usurarum captantes præferantur reliquis de damno sortis  
vitando certantibus. Inter casus tamen exceptos jam  
in Electoratu ejusvè Ducatibus peculiaris est in usu-  
ris pupillaribus, quæ, dum ad tutoris bona undique cre-  
ditores confluunt, unà cum sorte, licet cæteri creditores  
in sua sorte periclitentur, secundum dispositionem juris  
communis exigì possunt. *decis. noviss. 9.*

XXIV.

Matrem tutricem liberorum existentem non mi-  
nus ac alios tutores tutelâ finitâ mediante inventario ad  
rationes reddendas esse obstrictam, noti est juris; ast si  
inventarium facere omiserit, num ad bona liberorum  
juramentò indicanda cogi possit, reverentiam parenti-  
bus debitam id haud permittere, ideoque liberos nudâ  
consignatione aliquâ contentos esse debere videtur; sed  
à juramento non sublevari haud absolum visum fuit *Se-  
renissimo Electori decis. 21.* Pater verò finitò usufructu,  
licet ad inventarium bonorum maternorum vel libero-  
rum nomine conficiendum vel nudam eorundem con-  
signationem obligetur, in defectum tamen hujus jurare  
non cogitur, *verb. Daß allein der Vater mit angereg-  
ter Endlicher Specification zu verschonen/ die Mutter  
aber davon keinesweges zu befreien.*

XXV.

In Comitibus Provincialibus nobiles ac vasalli ex  
usu harum regionum quandam pecuniam, quæ bewil-  
ligtes donativ vel präsent-Geld vocatur, contribuentes  
Sereniss. Electori offerunt aut promittunt; hujus solu-



tionem vasallō mortuō, cum hic suā promissione ac Elector sua acceptatione consentiant, successores feudales gravandi videntur; Ast cum sponte ac ex liberalitate quadam proficiscatur, nec ullō jure vel communi vel Saxonico de ejusmodi feudi onere quicquam dispositum sit, vel quicquam commodi feudo hinc accedat, illius exsolutione heredibus allodialibus imponitur, indistinctim, num tempus solutionis ante vel post mortem vasalli cesserit. Si tamen illam pecuniam Princeps loco servitiorum militarium, quæ jamjam vasalli deberent præstare, ad certum acceptet tempus, illudque decedente vasallo, nondum fuerit præterlapsum, pro rata temporis tunc successores feudales ad solutionem illius tenentur; *Decis. El. nov. 32.*

## XXVI.

Creditorem à magistratu tutorē vel curatorē pupillo vel minori datum, crediti illius, quod magistratui jam est notum, hincque manifestatione, cum certus non amplius debeat certiorari, non opus putans tutelam suscipit, periculum amissionis subire negandum ferè videtur; Ast secundum verba *Auth. minoris. C. qui tutores vel curatores. & Novell. 72. c. 4. & 5.* jam in *decis. Elect. nov. 34.* ejusmodi creditor sine distinctione noti aut ignoti crediti, creditum suum omne amittit, nec unquam à minore majore facto repetere, sed ei semper exceptio crediti à tutore tutelam sui debitoris suscipiente haud manifestati, opponi potest. Sin verò priusquam tutelæ onus subeat, de credito suo magistratum faciat certiozem, seque ita excuset, hac autem excusatione non attentâ, nihilominus confirmetur, salvum & integrum suum creditum retinet, *dict. dec. nov.* Quò nunc creditor hanc manifesta-

stationem probare queat, curet, ut vel literis confirma-  
torius tutelæ inseratur vel sibi à magistratu literæ (ein  
Schein) dentur.

XXVII.

Debitum conflatum solvit quis vel ut principalis  
debitor, vel ut fidejussor; Literas itaque comendatitias  
scribens vel verbis commendatoriis utens, Es ist ihme  
wohl zu trauen / Er hat zu zahlen / Er ist ein guter  
Mann / bey deme keine Gefahr / die Bezahlung wird  
euch wohl / &c. à creditore damnum passio, cum aliud sit  
mandare, aliud commendare *l. si verò. 12. §. cum quidem  
12. ff. mandati.* commendansque nequaquam hoc agat,  
ut fidem suam interponat, sed potius ut commendato  
major fides adhibeatur, de jure civili conveniri nequit, ex  
*d. l. 12. §. 12. & 13.* nisi creditoris decipiendi causa illa  
laudatio facta aut verba, meo periculo, adjecta fuerint.  
In ditionibus autem Electoratus Saxonici creditor, cum  
debitum non solvendo factus est, adversus commendato  
rem hunc experiri & ab eo damnum recuperare potest:  
*decis. nov. 42. verb.* Daß eine solche Person umb die  
ser Reden willen / wofern der Schuldner die Zahlung  
nicht leisten kan / vor die erborgte Summa oder ge  
trauete Wahren haften und gelten solle. Actio ta  
men hæc non habet locum, si nulla verba obligatoria,  
sed solum intercessio aliqua intervenerit, vel quis se so  
lum diligentiam navaturum, quò debitor solvat, dixerit;  
*verb.* sondern nur eine bloße intercession vor einen an  
dern eingewand / oder seinen Fleiß bey der Zahlung  
anzuwenden versprochen / so mager auch deswegen  
nicht belanget werden.

XXIIX.

Ad matrimonium legitimè constituendum præter consensum apud nos hodiè & festivitatem nuptialem seu copulam sacerdotalem, quam trina ex suggestu præcedere solet publica proclamatio, requiri, constat; Num autem eâ copulatione ob mortem forte sponsi omisâ filius vel filia, quam sponsa ex sponso concepit & peperit, pro legitimè nato, ita, ut parentibus in omnibus bonis tam allodialibus quàm feudalibus succedere possit, reputari debeat, jam, diversis antè extantibus sententiis, affirmativè est decisum, *decis. Elect. nov. 49.* Quod tamen solum ad sponsalia publicè celebrata restringitur; Claudestina hinc, quæ scilicet nullis testibus præsentibus & sic scandalosè, vel sine parentum consensu, ut in se inefficaciter & illicitè sunt inita, hac efficaciam destituuntur; verb. *Sollen dieselbe / so aus heimlichen Verlobnissen gezeuget worden / Krafft dieser unserer Decision vor eheliche Kinder nicht gehalten / noch zur Väterlichen Erbschafft admittiret werden.*

Expensæ studiorum vel peregrinationis causâ à parentibus erogatæ, collationi minus sunt obnoxia *l. 50. ff. famil. ercisc. l. 1. §. 16. ff. de collat. bonor.* Etiam si in librationum aut alio in hunc finem confecto libello eas pater consignaverit, *Decis. Elect. nov. 50. verb.* Wenn auch gleich die Eltern solche Unkosten in ihre Hand- oder andere Bücher aufgezeichnet hätten. Omnia itaque debita propter studia filiorum à parentibus conflata ex communi hereditate sunt solvenda. *Magnif. Dn. Præses Exerc. 37. th. 29.* In laudata tamen decisione 50. filiis in Scho-



Scholis aut Academiis viventibus collatio erit injungen-  
da I. Quando parentes, quod sumtus velint conferen-  
dos, suam voluntatem expressè vel aliis certis indicis  
manifestaverint, verb. **Wofern sich die Eltern aus-  
drücklich erkläret oder auch sonst beybracht werden  
kan.** Quò casu tamen alimentorum sumtus, ut quos a-  
liàs parentes filiis exhibere tenentur, cōferri non debent,  
*l. ii. C. de neg. gest.* II. Si sumtus adeò sint enormes, ut  
etiam cæterorum liberorum legitima diminuatur, tunc  
id, quod legitimam supplere potest, illius portioni, qui  
in studia tantos sumtus impendit, detrahitur, verb. **Do  
die Unkosten so übermäßig/ daß denen übrigen Kin-  
dern die legitima geschwächt wird/ so hat statt/ was die  
Rechte de inofficiosis donationibus verordnet.** III. Si  
sumtus studiorum inutiliter sint erogati, & filii nomine  
tantum studiosi eos à parentibus extorserint, nec tamen  
quicquam in studiis profecerint, verb. **Widrigen falls/  
so wir erfahren würden/ daß sie mit blosser Uppigkeit  
der Eltern Vermögen verschwendet / sie solches Privi-  
legii verlustig seyn / auch mit andern Straffen belege  
werden sollen.** Quando filii proprium habent patri-  
monium, cujus pater administrator est, cessat non solùm  
necessitas suppeditandi sumtus, sed etiam præsumtio do-  
nationis, & potius pater creditur sumtus dare filiis ex ho-  
rum bonis: quam præsumtionem, cùm dictâ Decisione  
Elect. nov. non elidatur, in suo vigore adhuc stare posse  
non dubitamus.

XXX.

**Dona nuptialia, cùm convivarum intentio sit, ut ea  
tam sponso quàm sponsæ acquirantur, utriq̃ue conjugii**

D

in.

indifferenter communia ac æqualiter inter eos dividenda sunt; hinc superstes vidua dimidiam partem eorum donorum ab heredibus tam de jure Civili quàm Saxónico exigere potest *Const. El. 22. p. 3.* Sin autem dona hæc nuptialia fuerint consumpta, anne adhuc viduæ vel ejus heredibus debeatur saltem dimidiæ partis æstimatione, hætenus quibusdam æstimationem deberi dicentibus, *in qua opinione est Dn. Carpzov. ad d. C. def. 6.* quibusdam negantibus disceptatum fuit; Horum negantium opinionem Sereniss. Elect. Saxon. sua *decis. 51.* confirmavit, ita ut, quando concursus creditorum vel vivente adhuc marito vel post mortem ejus existat, uxor vel vidua aut heredes ejus, si in individuo adhuc extent, donorum nuptialium dimidiam partem exigere possit, sin verò consumpta, omni jure æstimationem illius dimidietatis petendi excludatur. Si tamen focer genero suo certam pecuniam inclusis donis nuptialibus dotis loco dederit, tum ea sive adhuc extet, sive consumpta sit, cum merito pro dote reputetur, semper repeti potest.

### XXXI.

Uxori post obitum mariti, cui absque ulla promissione dotis nupsit, certam nihilominus dotem, quò dotalitii fiat particeps, illaturæ successores feudales non tenentur dotalitium constituere; siquidem hoc in dotis compensationem datur, dos autem post mortem mariti promissa propriè dos dici nequit *l. 20. v. sicut enim dos. C. de donat. ant. nupt.* Nec uxor dotalitium petere potest, quando maritus nimitò ære alienò est oppressus, concurrantque creditores, licet ipsa dotem promissam inferre parata sit, per id enim mariti creditores valdè gravaren-

185

tur creditisve suis defraudarentur, *Carpzov. p. 2. Constit. 44. def. 13.*

XXXII.

Hypotheca bonorum feudalium ex consensu Domini feudalis suam consequitur existentiam, adeò, ut ille pro forma requiratur essentiali, quò deficiente, totus corrumpitur oppignorationis actus. Hinc ipse dominus, licet ejus consensui non accesserit agnatorum vel simultaneè investorum consensus, ad solvendum debitum, si feudum ad eum jure caducitatis vel aliò modo devolvatur, obstringitur, *Ord. Proc. Judic. tit. 26. vers. Wenn Lehngüter/te.* Agnati vel simultaneè investiti verò, quamvis in contractum consenserint, ad præstationem tamen illius, si consensus domini deficiat, non cogi possunt, cum illorum consensus nullum operetur in feudo pignus, nec jus aliquod tribuat reale. Creditor itaque adversus agnatos neque actionem hypothecariam, cum ob defectum consensus domini hypotheca sit invalida, neque personalem, cum per nudum consensum se ad nihil obligaverint, instituere poterit, uti ita Facultatem Juridicam hinc Jenæ pronunciaffe testatur *Magnif. Dn. Pres. Syntagm. Jur. Feud. cap. 19. aph. 22.* Ast Serenissimus Elector noster Saxon. ut simultaneè investorum vel agnatorum consensus, deficiente sc. domini consensu, omni careat effectu, amplius permittere noluit, *Decis. nov. 67.* Cujus vigore creditor, licet creditum solo agnatorum consensu munitum pro debito feudali non reputetur, agnatos, ad quos feudum postea pervenit, ut solutionem ex fructibus, non autem alienatione feudi faciant, convenire poterit, *verb. Dennoch zu Erhaltung Treu und Glaubens sol solche Schuld von denen Nutzungen*  
D 2 des

des an den Lehnsfolger verfallenen Lehns bezahlet werden. Quæ decisio non solum ad futuros, sed etiam præteritos & ante hanc decisionem ab agnatis tantum datos consensus extenditur.

XXXIII.

Sicuti creditores, quibus in bonis debitoris allodialibus hypothecæ sunt constitutæ, non prius possunt convenire illos, à quibus bona hypothecata detinentur, quàm excusserint debitores principales, heredes & fidejussores, *Nov. 4. cap. 2.* ita quoque in bonis feudalibus, ipsis creditoribus consensu domini & agnatorum oppignoratis, si vel ad dominum vel ad agnatos illa sint devoluta, non antè actio hypothecaria, quàm hereditariis bonis excussis, tam de jure communi quàm Saxonico locum invenit; *Magnif. Ordinarius Dn. Richterus decis. 78. n. 9.* Deficientibus itaque demum bonis allodialibus, in quibus heredes defuncti vasalli successerunt, successores feudales debita legitimè oppignorata solvunt. Si que successor feudalis, ad quem fortè aliqua bona hereditaria pervenerunt, metuat, ne heredes res hereditarias consumant, tum jure retentionis, donec heredes solvant debita, uti, tum inventarium & cautionem ab illis facultates hereditarias dilapidare incipientibus, creditoribusque solvere cessantibus, exigere, nec non judicem, ut hereditibus, ne, antequam creditoribus satisfactum, bona consumant, vel in suam vertant utilitatem, injungat, petere poterit; *Magnif. Dn. Pres. Syntagm. Jur. Feud. cap. 14. aph. 24.* In ditionibus verò Electoratus Saxonici, licet vasallus defunctus bona hereditaria solvendo sufficientia reliquerit, omnia debita legitimè hypothecata à successoribus feudalibus sunt solvenda. *Const. 46. p. 2.*

XXXIV.

## XXXIV.

Num juramentum purgationis stupratori imprægnationem quidem fatenti, aut promissionem matrimonii, quam imprægnata puella actione sua factam dicit, neganti, deficientibus aliis indiciis & præsumtionibus, deferri queat, discordes hæcenus fuere opiniones, adeo ut *Beustius de desponsat. p. 1. c. 47.* ut ista ambiguitas publicâ decisione dirimatur, suo tempore exoptaverit. Voti istius *Serenis. Elect. Saxon. nos jam decis. novâ 81.* compotes fecit. Quamvis enim contra stupratorem videantur militare conjecturæ, quod puellam non libidinis causâ sed tanquam futuram uxorem carnaliter cognoverit, nec etiam censendum esset, virginem absque prius data spe futuri matrimonii florem virginum decerpere alicui tam liberaliter permisisse; Quia tamen ex istis præsumtionibus certa & indubitata ad matrimonii promissionem argumentatio, cum non quivis stuprator matrimonialem secum ferat affectum, imò potius, si tulisset, illam tanquam futuram conjugem maculâ libidinis minus conspurcasset, hauriri nequeat, neve, si confessio stuprationis sola pro sufficienti indicio matrimonii promissioni, ut stupratori id neganti, juramentum purgationis possit deferri, putetur, puellæ præprimis desperantes levesque per lascivam vitam sancto matrimonio eò citius copulari, ansam arripiant, delatio hujus juramenti denegatur.

## XXXV.

Matri vel aviæ tutricibus liberorum existentibus ususfructus in bonis eorum, licet ad alimenta, donec adulescant & ab iis separentur suppeditanda, promptæ sint,

D. 3

nisi

nisi consuetudo obstet, in his provinciis, præprimis Electoratu Saxon. non competit, sed potius suæ administrationis rationem vel mediante inventario, vel juratâ specificatione reddere tenentur. *Decis. El. nov. 62.*

XXXVI.

Filius pro patre mutuam pecuniam ab aliquo accipere volente fidejubere nolens exheredari nequit, nisi eo casu, quo pater ob debita carceri est mancipatus, fidejussionem detrectet. *Decis. El. nov. 52.*

XXXVII.

Quantumvis inter justas exheredationis causas in *Nov. 115. cap. 3.* expressas nuptiæ liberorum dissentientibus parentibus contractæ, nisi quod ibi de filiâ libidinosè vivente est dispositum, non reperiantur; In terris tamen Electoratus Saxonici liberi matrimonium irrequisitò parentum consensu ineuntes horribili exheredationis fulmini subjacent, quæ non solum ad dimidiam legitimæ partem sed & copulâ sacerdotali vel carnali secutâ ad totalem exheredationem præter alias poenas, puta carceris, abitionis ex provinciis Elect. Saxon. extenditur. *Rit-chen- und Consistorial Ordn. tit. von Ehesachen / §. von Ehegelöbnüß. verb. Do sie wider ihrer Eltern Willen solch heimlich Ehegelöbnüß zu vollziehen andere Gelegenheit suchen würden / sollten die Eltern ihnen mit etwas zur Ausstattung behülfflich zu seyn nicht verpflichtet / sondern vielmehr befugt seyn / solche ungehorsame Kinder bis auff den halben Theil ihrer legitime und nach Gelegenheit der Sachen gänzlich zu enterben.*

XXXVIII.

## XXXIIX.

Filiusfam. cum puella quadam, cujus parentes consensere, sponsalia irrequisito sui patris consensu, contraxit, utraque persona quoque quòd nullo modo à se invicem discedere, sed usque ad mortem cohabitare vellent, sese juramento adstrinxit, quæritur, num hæc sponsalia juramento munita ex solo filii patris dissensu, ex nulla alia re, dum puella est inculpabilis, quàm, quòd ab initio consensus ejus non fuerit petitus, proficiscente, sint alicujus valoris? quod negatur. Siquidem nuptiæ consensu parentum destitutæ ipso jure sunt nullæ, §. *si adversus. Inst. de nupt.* eas itaque juramentum in legis fraudem præstitum & exemplo perniciosum firmare nequit. *arg. l. 7. §. 16. ff. de pact.* Possumus & hanc dare rationem, ne, si juramentum hoc sit alicujus valoris, liberi ansam arripiant, sese, modò utantur hac juramenti cautela, patriæ potestati consensuique parentum subducendi.

## XXXIX.

Remedio retorsionis liberi quoque adversus parentes uti possunt, sed tum demum, si atrocibus se injuriis non autem levioribus, ut in quibus animus injuriandi, in quo tamen retorsio est fundata, minimè, sed potius castigandi versatur, affectos esse dicant *l. sed si hac lege 10. §. Prætor ait. 12. ff. de injus vocand.*

## XL.

Exactioni ampliori usurarum, quando ex seu particulariter jam solutæ vel omnes adhuc solvendæ summam sortis adæquarunt, non solum in mutuo sed & in aliis contractibus, in quibus ex mora commissa usuræ debentur, finem imponi, ita ut ultra alteram tantum solutæ

tæ

æ vel per conditionem indebiti repeti, vel in sortem im-  
putari queant, communis & expediti est juris. Quoniam  
autem hodiè usuræ non ut usuræ, sed ut interesse, quod &  
ultra alterum tantum exigi potest *l. 3. §. 8. ff. de eo quod  
cert. loc. petantur*, & iniquum sit, creditorem sorte caren-  
tem omni quoque carere lucro, quod tamen ex ea, si na-  
ctus fuerit, capere possit, Serenissimus Elector Saxon.  
cum Serenissimis Ducibus. Ejusdem Fratribus *in Decis. no-  
vâ 29.* usuras etiam alterum tantum transcendentis, sive  
particulariter solutas sive adhuc solvendas, licet bis vel  
ter sortem superent, peti posse, constituit; Modò creditor  
eò casu, quando nullas omninò usuras jam sorti æquales  
accepit, suum debitorem in judicio interpellaverit, quò  
factò usuræ vel decies sortem superantes justè exiguntur.  
Exceptio tamen tunc adest, si debitor omnem culpam  
moræ creditoris sine justa causa solutionem sortis acce-  
ptare recusantis, imputare poterit.

XLI.

Incendium vel ruina oritur, ubi pater & filius mor-  
tui reperiuntur, quis autem prior mortem obierit, igno-  
ratur: Mater filii hereditatis cupida, patrem, cognati verò  
patris, filium prius vitam exspirasse dicunt. Hanc disce-  
ptationem distinctio dirimet filii puberis & impuberis;  
ille patri, huic autem pater supervixisse creditur. *l. 9. §. 4.  
ff. de reb. dub. l. 16. 22. 23. ff. eod.* Pereuntibus enim pu-  
bere & impubere simul, cum nescias quis prior decesserit,  
impubes ob ætatis teneritudinem & infirmitatem prius  
efflasse animam, ut qui ex fragilitate virium non adeò ut  
pubes morti imminenti resistere potest, præsumitur.


XLII.

Cum vetus Jus Publicum Romanum, quod *l. 1. §. 2.  
ff. de*



*ff. de just. & jur.* in Sacris, in Sacerdotibus & Magistrati-  
bus consistere dicitur, non solum libris Digestorum &  
Codicis Imperat. Justiniani sit insertum, sed etiam Au-  
rea Bulla Carol. IV., Recessus Imperii, Imperatoriæ  
Capitulationes, Transactio Passaviensis & hanc secuta  
Pacificatio Religiosa ac Prophana, ut in quibus Jus Pu-  
blicum hodiernum Romano-Germanicum continetur,  
& toto cœlô à veteri, ut ex quo controversiæ de moder-  
na Imperatoris & Principum Imperii potestate ortæ ne-  
quaquam decidendæ veniunt, distat, publici sint facta  
juris, nec inter arcana Imperii amplius connumerari  
queant, professio ac disputatio de iis, hodierno scil. jure  
Publico, æquè ac de jure privato in Academiis licita erit,  
hac tamen adhibitâ moderatione, ut solum de princi-  
piis decisis, certis ac determinatis, non verò de casibus  
ambiguis in laudato jure nobis in præcedentiis præpri-  
mis Principum sese ostendentibus, cùm in his decisio pe-  
riculis sit exposita non contemnendis, disputationes sus-  
cipiantur; Licet negari nequeat, quod quidem de facto  
Principis disputari non concedatur, ast benè de jure *l. 3.*  
*C. de crim. sacrileg.* Hujus Juris Publici cognitio quem  
latet, nomine & honore jurisperiti planè indignum pro-  
nunciamus cum Arumæo *Discurs. 1. th. 1. ad Aur.*

*Bull. Carol. IV.*



E

Gene-



*Generoso*  
**DN. JOHANN. GEORG.**  
*à Breitenbauch/*

*s. D.*



**T**E præstans ornat virtus & stemma pa-  
ternum,  
Strenuus hinc geminâ nobilitate vi-  
res.

Claris vestigiis Majorum incedere pergas,  
Augescet porro lausq; decusq; Tuum!  
**Georgius Adamus Struve/D.**

---

**D**Um cathedram scandis Struvio sub Præside,  
nobis  
Exemplum præstas nobilis ingenii,  
Pergito, conamen sanctas ad Principis aulas  
fama feret subito. Fama stat ante fores.

*Generoso ac Nobilissimo Dn. Resp. Inquili-  
no, Commensali & Amico colendo  
paucula hæc adjecit*

**Christianus Carolus Schalling/D.**  
Cur. Provinc. Saxon. Jenens.  
Advoc.

Sat

**S** At notam Patris laudem virtute paratam  
Arte, labore simul condecorare studes;  
Non eo deductum rem multis. Pulpita cantant,  
In queis enodas publica jura vigil;  
Saxo quæ Magnus nuper dubitantia jura  
Decidit, solers solvis & enucleas.  
Imperii benè noscere jura Politica perge,  
Quò tangas metam, quæ Tibi posta fuit.

*Ita ad egregios Generosi ac Nobilissimi Dn. à  
Breitenbauch / Contubernalis Sui ho-  
norandi, conatus fovens adludebat*

**Tobias Heubler / J. U. Pr.**

---

*GENEROSO ATQVE NOBILISSIMO,*  
**JOHANNI GEORGIO**

à Breitenbauch /  
Amico suo suavissimo,

S. P.

**OTTO HAARKE, Nob. Misn.**

**O**stendunt Primogenitura jura, *suavis*  
*Te à Magnis genitum tendere ad alta: bene,*

Non minor est Virtus, quàm quærere, parta tueri:

*Ad magna es genitus: sedulus ergò colis.*

Perges notitiam Themidos Tibi gignere? } Pergis!  
  } Fauste!

Sicquæ inter primos primus & ipse eris.

---

**N** On modo nobilitant Clarorum insignia Patrum,  
A quibus innatus nobilitatis honor,

E 2

Verè

217e 345  
Verè ast nobilitat Virtus quoque. Splendor & amplius  
Ex studiis veniens auget equestre genus.  
Stemmata ceu verus: sic & virtute paratâ  
Nobilis es præstans: pulpita, Amice, probant.

*Hicce exiguis Generoso Dn. Respondenti sincerum  
fraterni amoris adfectum declarare  
voluit debuit*

Levinus Adolphus Marschall/  
Eq. Thur.

---

**N**obile depositum Themidos quod ab arte dedisti  
Te negat ex animo longius ire meo.  
Laudo primitias, decimæ fac ritè sequantur,  
Sic fies Patriæ magna columna tuæ.

*Generoso ac Nobilissimo Dn. Respondenti, amico  
& Commensali per dilecto gratulationis  
ergo adposuit*

Hans Georg Osterhausen/  
Eques Thur.

---

**Q**uod juris Regni fautor cultorque celebris  
fis, vel conatus dulcis amice! probat.  
Eunomiæ dum publicitus nunc dogmata scita  
perdoctis offers discutienda Viris.  
Grat VLor VsqVe tibi sic pergas: fama IVVabIt  
hInCeVaX! Certò CertIVs æqVa! CLVcs!

*Lmq, offerebat*

Hans Rudolph von Thüna/  
E. Osterl.

FINIS.

217e

lectaru  
Eander  
lam, ca  
facilius  
filialen  
Deoru  
illius et  
rer. Ec  
thema  
Electo  
Magni  
quiet  
gnæ ef  
non di  
ficit m  
ad qua  
publico  
nus fat  
quod A  
dicend  
debeo

mihi, ut  
iosè co-  
s in ore  
a animo  
uerem;  
ntiam, si  
sse vide-  
decades  
lico tum  
, quàm  
Ast, in-  
non ma-  
! Fateor,  
ne; Suf-  
imi mei  
mtisfimi  
bitæ mi-  
itaque,  
at, mihi  
& tamen  
s ita T.<sup>æ</sup>  
Gene-

